LXV. *La Brianza* et *Cantù.*

In Brianzae quae dicitur collibus amoenis, qui a dextra Adduae surgunt inter Comum et Monzam, tituli qui sequuntur reperti sunt. Vallis Assinae cum supra iam n. 5216—5218 occupaverimus, ad ipsum Ticinum repertos in vicis Brivio, Garlate, Galbiate posuerimus n. 5207. 5208. 5210—5212, hic incipiunt eruderati in valle Erbae in pagis Castel Marte, Longone, Erba, Incino, Villa Albese, Tavernerio. Municipalia in his observata Comum ducunt excepto titulo Taverneriensi n. 5658 hominis peregrini. Hi pagi siti sunt a septentrione lacuum Annonis Pusiani Alserii reliquiarum lacus qui fuit Eupilis, quem Lambrum acceptum reddere Plinius (h. n. 3, 19, 131) scribit, cum hodie Lambro fluvius medius transeat inter lacus sibi proximos Alseriensem et Pusianensem. A meridie lacuum eorum tituli qui reperiuntur in pagis Bulciago, Barzanò, Cassago, Lambrugo, Anzano, Alzate fortasse item aliquatenus determinant antiquos lacus Eupilis terminos; tituli in his adhuc reperti non habent nisi privata mera. Ex oppido Cantù, quocum casae quae dicuntur Galliano coniunctae sunt, item ex vicis vicinis Fecchio, Fino, Vertemate, Figino quae prodierunt, Mediolaniensia quaedam habent (n. 5676. 5688); Fecchiensem tamen titulum n. 5667 Plinio oratori dedicatum a Vercellensibus probabile est olim prostitisse in praediis eius Comensibus. Quae sequuntur ad meridiem Missaglia, Casate nuovo, Valle, Giussano, Verano, Agliate, Carate, Meda, iam pertinere crediderim ad perticam Mediolaniensem; nam cum in his inveniantur indicia et Comensia (n. 5713) et Mediolaniensia (n. 5701), aliquid tribuendum est titulo Vallensi n. 5702, quem in praediis L. Verginii Rufi Mediolano oriundi dedicatum esse in adnotione demonstravi. Quid quod fortasse ex Plinii verbis h. n. 10, 29, 77: *ad (Larium lacum) ciconiae non permeant sicuti nec octavum citra lapidem ab eo: immensa alioqui finitimo Insubrium tractu examina graculorum monedularum* efficere possis fines agri Comensis et Mediolaniensis fuisse ad octavum a Lario lacu lapidem.

5641 'In Brigantiae Mediolanensis agri collibus effossum est Merobaudi monumentum'.

Sic Alciatus rer. patr. l. IV p. 207 ed. 1625, a quo videtur sumpsisse Mur. 1913, 7 ex schedis suis (inde Allegranza sep. chr. p. 39) dans sic: HIC ☙ REQVIESCIT ☙ | MERABAVDVS ☙ | V·C·QVI....

5642 Castrimartis in Foro Licinii BORS. Nunc ibidem in villa Biondelliana.

/ / / / / / /
MARCIL /
RVFINVS
V S

Borsieri cod. Paris. 8957 f. 72 ex Georgio Serpento. Misit Biondellius.
2 MOR.... Biond.

5643 Castelmarte in summa turri ecclesiae parochialis, cuius etsi tectum ascendi, titulum perlegere non potui.

protome viri — *protome mulieris* — *protome viri*
MA / / / CONIS — MAXIMVS

Conferre volui. Redaelli *Brianza* 1, 137 cum tabula lithographica.

5644 Castelmarte in parte postica ecclesiae parochialis.

delphinus — *scutum et hastae duae* — *delphinus*
V — F
reliqua occupatur tituli inscriptione recenti — *pars*

Vidi. Ed. Redaelli *Brianza* in tabula lithographica ad 1, 137.

5645 rep. 9 Mart. 1765 in vico Longone in Valassina, cum deicitur oratorium S. Mariae in Prato AUCTOR REDAELLII. *Nella facciata della chiesa di S. Maria di Longone in pieve d'Incino* GIULINI ms. Deinde Desii in villa Cusana, hodie Traversae.

HERCVLI · IN
VICTO
V · S · L · M
L · DOMITIVS
5 GERMANVS
SALVO · PATRONO

Contuli. Giulini ms. ab abbate Parina poeta; Labus ad Amorettium p. 325; Redaelli *Brianza* p. 189, qui citat schedas apud se.

5646 in ecclesia Martis plebis Incini [intellege ecclesiam S. Marthae quae est Erbae].

L · SECVNDIENVS
RVFINVS
IIII · VIR·A·P·IIII·VIR·I·D
COM · ET
5 VOLTVRNIAE · DOMITI
IAE·VXORI
SECVNDINAE · FILIAE
*in*FELICISSIMAE

Borsaerius exc. Trai. f. 91 ex Georgio Serpento.
5. 6 DOMITI | FILIAE, 8 FELICISSIMAE traduntur.

5647 *era nella collegiata antica d'Incino;* deinde ex dono praepositi Mediolani apud Archintios ARCHINT. (ad Alc.). Ibidem ARCH. MUR. LABUS *giorn. dell' ist. Lomb.* 5 (1844) p. 357. In Brera extat secundum CAT. MUSEI; ego non repperi universum museum perlustrans bis, nec puto ibi umquam fuisse.

I · O · M
CAESIA · P · F
MAXIMA
SACERDOS
5 DIVAE
MATIDIAE

Archintiana ad Alciatum f. 216, ed. p. 63 (inde Fabretti 696, 181); Mur. 163, 3 ait exscripsisse se. A prioribus Redaelli *Brianza* 1, 37; Annoni *piano d'Erba* p. 67; Orelli 2196.

5648 Villincini *nel muro esterno della capella della Madonna del Rosario nella chiesa prepositurale* ANNONI.

LYMFIS · VIRIB
Q · VIBIVS · SEVERVS
V · S

Contuli. Annoni *piano d'Erba* (1831) p. 70 qui repperit. Labus apud Viscontium opp. var. 4 (1831), 522 et in schedis musei Vindobonensis; a quo pendent Ridler *Archiv* 1831 p. 402 et qui male dedit Férussac *Bulletin* 1830, 16, 199 (inde Henzen 5763).

5649 litteris rudibus. Villincini in aedicula S. Mariae *del Rosario* extrinsecus.

TARVSI·ET
SVI VOTV
M M RED *sic*
NT LAET *sic*
5 V S L

Contuli. Repperit ediditque Annoni *piano d'Erba* p. 69.

Quantum iudicari potest marginibus lapidis latentibus in pariete, titulus integer est.